57

Alia vero die fecit alexādER dijs suis victimas
et assūptis secum aliq̄ntis principibus ascende
runt per gradus sursum in ipsum montem. In
uenitq; ibi palatium mirabile habens limitares
et fenestras ⁊ regias ex optimo auro ⁊ vocaba
tur palatiū ipsum domus solis et erat ibi tēplū
totū aureū ante cuius fores vinea erat aurea ferēs
botros ex margaritis et onichinibus. et ingressus
est alexander et principes eius in ipm̄ templum
inuenerunt ibi hominem iacentem in lecto au
reo ornato ex pallijs auri textilis qui thus ves
cebat et oppobalsamum bibebat. Eratq; homo
ille corpore magnus et speciosus nimis barbā
et caput hn̄s album sicut nix. indutusq; veste bō
bacina. Quem cū vidisset alexander et princi
pes sui adorauerunt eum. Quibus senex dixit
forsitan vultis videre sacratissimas arbores solis
et lune qui annunciabunt vobis futura. Quo
audito alexander gaudio impletus est magno
et ait illi. etiam dn̄e si placet vobis volumus illas
videre. At ille respondēs ait. si mūdi estis tu ⁊ prī
cipes tui mundi sunt a commixtione masculi et
femine licet intrare in ipm̄ palaciū quia deorū
est. Cui alexander mundi sumus om̄s a masculi
⁊ femine coniūctione. statimq; erigens se senex
de lecto in quo iacebat dixit illi ponite hic anu
los vestimenta ⁊ calceamenta vrā ⁊ seq̄mini me

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-162/0115
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG